Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



hoc

dunt fulgura et voces et
tonitrua Et septem lampa
des ardentes ante thronum qui
sunt septem spiritus dei Et in
conspectu sedis tanquam
mare vitreum similе cristal
lo et in medio sedis et
in circuitu sedis quatuor
animalia plena oculis ante et re
tro Et animal primum simile leoni
et secundum animal simile vitulo
et tertium animal habens faciem quasi homi
nis et quartum animal simile aquile volan
ti et quatuor animalia singula eorum
habebant alas senas et
in circuitu et intus plena
sunt oculis Et requiem
non habebant die ac nocte
dicentia Sanctus sanctus
sanctus dominus deus omnipotens q
erat et qui est et qui venturus est
Et cum illa animalia darent gloriam
et honorem et benedictionem
sedenti super thronum
viventi in secula seculorum
procidebant viginti quatuor
seniores ante sedentem
in throno et adorabant

viventem in secula seculorum
et mittebant coronas suas ante thronum
dicentes Sin jahez
Erat homo ex pharisaeis
nomine princeps
iudeorum hic venit ad iesum
nocte et dixit ei Rabbi
scimus quia ab deo venisti
magister nemo potest hec signa
facere quae tu facis nisi
fuerit deus cum eo respondit
iesus et dixit ei Amen
amen dico tibi nisi quis
renatus fuerit denuo non potest
videre regnum dei dicit ad
eum nicodemus Quomodo
potest homo nasci cum sit se
nex numquid potest in ventre
matris suae iterato introire
ire et nasci respondit iesus
Amen amen dico tibi nisi quis
renatus fuerit ex aqua et
spiritu non potest introire in regnum
dei Quod natum est ex
carne caro est et quod est
ex spiritu spiritus est Non mireris
quia dixi tibi oportet vos nasci
denuo spiritus ubi vult
spirat et vocem eius audis

86